

le libere creaturam, & intelligendo fabricetur re-
spectum rationis; ergo id quod addit velle liberū
vt sic, nō est ille respectus rōnis, sed aliquid prius
ipso. Et confirmatur primo, nam Deus per vōlū-
tatem vt sic vult liberē: ergo id quod addit velle
liberē per voluntatē additur, non per intellectū
formaliter loquendo: ergo respectus ille rationis
qui consurgit per actum intellectus vt sic, nō pōt
esse id quod formaliter addit velle liberum supra
velle necessarium. Tandem confirmatur, quia il-
le respectus rationis, etiam vt dicitur esse obiecti-
uē in actu intellectus diuini, est quid constā-
tū & nihil: ergo non pōt cōstituerē formaliter Deū
volentem liberē creaturas, nec tanquam tota forma,
nec tanquam aliquid complens vel vltimatē
constituens illam. Vnde Capreolus supra expres-
sē declarat, hunc respectum non constituere for-
maliter determinationem liberam Dei vt sic, sed
consequi ad illam. Quod quidem erit verum de
respectu rationis in prædicto rigore sumpto: sed
iuxta hanc expositionem nondum est explicatū
quod querimus, scilicet, quid formaliter addat
determinationē liberā naturali actui voluntatis di-
uinæ, quia si relatio rationis consequitur ex deter-
minatione liberā: ergo est determinatio liberā
ante illum respectum, quid ergo addit actui ne-
cessario vt sic?

XXXII. Si ergo dicatur addere fundamentum illius re-
spectus, seu (quod idem est) addere respectum ra-
tionis fundamentaliter, quod erat alterū mēbrū
supra positum: tunc restat inquirendum quid sit
hoc fundamentum. Fundamentum enim relatio-
nis rationis, quod ex parte rei sumitur, aliquid
reale esse debet: nam si esset aliquid rationis, pro-
cederet in infinitum, & totū esset mera fictio:
aliquid ergo supponitur in re, quod occasione præ-
bet intellectui ad fabricandū respectum rōnis;
& illud vocamus fundamentum ex parte rei. Hoc
ergo fundamentum in præsentia esse non pōt, ni-
si vel aliqua res extra Deum extrinsecē denomi-
nās ipsum, vel aliqua res intra Deum ipsum. Pri-
mum dici non pōt in præsentia, quia, vt contra pri-
mam opinionem ostendimus, Deus non dicitur
volens per extrinsecam denominationem. Nec
cogitari potest à quo proveniat illa extrinsecā de-
nominatio; nam vel proveniat à creatura possibi-
li vt sic; & hoc non, tum quia alias illa non esset
denominatio liberā, sed necessaria, tum etiā quia
esset indifferens & communis omni rei possibili.
Vel provenit à creatura vt existente, vel futura
aliquando; & hoc etiam dici non potest, quia omnis
creatura est, vel futura est eō qd Deus per vōlū-
tatem suam liberē vult eam esse: ergo relatio quā
Deus vt actu volens dicit ad talem creaturā, non
potest fundari in denominatione sumpta ab ipsa
creatura vt existente, vel futura. Vnde acutē Hen-
ric. quod lib. 9. q. 1. distinguit in Deo duplices re-
lationes rationis, quædam sunt quæ secundū re-
grā supponuntur aliquo modo in creatura, & per
quandam correspondentiam (vt ipse ait) forman-
tur in alio extremo, scilicet Deo; & huiusmodi
sunt relatio creatoris, dñi, & similes, quæ actionē
transcunte consequuntur. Aliæ vero sunt quæ per
se primō formantur in ipso Deo, vt relatio præ-
dictio, eligens, &c. In hoc ergo genere col-
locandus est hic respectus, quem intelligimus co-
sequi ad determinationem liberam: fundamentū

ergo eius non in aliqua re extrinsecā, sed in ipso
Deo querendum est.

Et sine dubio ita esse videtur: nam Deus ex se
solum libere determinat vt, hoc veli potius quā
illud, et idē nō videtur ille respectus posse prius
in alio fundari, quā ipsemet Deo. In quo est
magna differentia inter volitionem liberam, &
scientiam, et quatenus dicitur scientia visionis, &
dicitur aliquo modo contingens aut libera, qua-
tenus posset sub tali ratione non esse, si res nō es-
sent futura. Intercedit ergo differentia inter hanc
scientiam & voluntatem, quod scientia vt ex sim-
plici intelligentia fiat visio, & præter res possibili-
es extēdat ad repræsentandas res existentes, sup-
ponit in obiecto aliquā varietatē pro aliquo tem-
pore, cui æternitas coexistit; vel saltem supponit
aliquid decretū liberū diuinæ voluntatis: & ita
ibi intelligi pōt extra ipsam scientiā aliquid funda-
mentum, vel principium illius relationis: at ve-
rō in voluntate nihil supponi pōt, sed omnis va-
rietas, quæ in obiectis intelligi pōt, ab ipsa vōlū-
tate trahit originem. Et ratio à priori est, quia scientia
est vt terminata ad talia obiecta cōiungēta, nō
est in se formaliter libera, sed necessaria ex præ-
suppositione talis obiecti existens; vel futuri: at
vero voluntas vt terminata ad talia obiecta, est
formaliter libera, & idē illa relatio in scientia
posset intelligi per modum cuiusdā respectus re-
sultātis necessariū in ipsa posito alio extremo,
scilicet, obiecto seibili, in esse veri seu sensibilis
voluntate aut non pōt ita intelligi, sed primō ac-
per se originē trahit ab ipsamet voluntate, omni-
bus aliis eodē modo se habentibus, & idē inti-
mē in illa esse debet fundamentū talis respectus.

Tunc ergo vltimus inquirendum restat, quid
sit in diuina voluntate tale fundamentum: Aut,
est ipsum velle Dei necessariū vt sic, aut aliquid
ei additum. Primum dici nō pōt, tum quia illud
fundamentum semper ac necessariū est, positū
autem eodē fundamentū & termino eadē re-
latio nata est confurgere, siue rationis, siue realis:
esset ergo illa relatio non liberē sed necessariū:
tum et quia ex modo concipiēdi nostro constat,
ex solo velle Dei necessariū vt sic nullam nobis
præberi occasionem apprehēdēti relationē ali-
quam, vel habitudinē ad obiecta creatura: quia per
illud velle vt necessarium solum concipimus Deū
vt se amantē: ergo in illo velle vt sic nulla relatio
rōnis ad creaturas vt in se ipsas existentes fundari
potest. Si autem dicitur secundum, inciditur in
opinione Caletani: illud enim additum, aliquid
rei est, non rationis, quia est fundamentū ex par-
te Dei & volitionis eius, vt in illo respectu conce-
pi possit: ostendimus autem iam huiusmodi fun-
damentum non esse aliquid rationis, sed rei. Rur-
sus illud non potest esse aliquid necessariū, tum
quia dicitur esse quid additum ipsi velle necessa-
riū: tum etiā quia nō magis posset esse fundamentum,
quā ipsum velle necessarium vt sic: ergo erit
aliquid liberum quo Deus proxime ac formaliter
cōstituitur actu volens creaturas: hoc aut ipsum
est quod Caletanus asserbat. Et cōiunatur pri-
mō, quia impossibile est trāsi à contradictorio
in contradictoriū, nisi facta aliqua mutatione,
vel additione in alio extremo: sed Deus quatenus
præcisē volens actu necessariū vt sic, non est
volens creaturas (loquitur semper de volūtate crea-
turarum)